

re et peregrinas prophetias, que huic essent contrarie^x, devitare¹⁸. Minetur^y qui vult mundi finem infra anni^z imminere circulum^z, ut timore infructuo-
 105 so corda titubantia frangat^a; promittat annorum milia, ut liceat voluptati-
 bus^b inherere: Tu^c datam tibi formam et mensuram scripturarum custo-
 dias, pie intelligendo quod is^d, qui clavem gerit¹⁹, enucleat^e, humiliter defe-
 rendo hiis, quibus denegatur accessus. Spiritum non extinguas, sed liceat
 110 probare, si ex deo est²⁰. Scriptum est enim in libro Danielis prophete: *Vade*
*Daniel, quia clausi sunt signatique sermones usque ad tempus prefinitum*²¹.
*Pertransibunt enim plurimi, et multiplex erit scientia*²². Qui igitur hec^f dixit,
 spiritum extinguendum prohibuit. At qui ait: *Nolite credere omni spiritui, sed*
*temptate^g spiritus, si ex deo sunt*²³, cautelam^h proculdubio inⁱ discretionem^k
 115 adhibuit^l. Ut autem coniecturas apocriphas confutare possimus et huius li-
 bri profunda domino^m largiente rimari, illud ante omnia considerareⁿ est,
 quod sicut temporum universitas sex magnis continuatur etatibus, ita etas
 sexta, que presens est, sex determinatur^o, si dici potest^p, etatulis. Et sicut
 universale veterum scripturarum volumen septem involvebatur^q signacu-
 120 lis, ita^r liber iste septem elucescit apertionibus, circa que utriusque testa-
 menti notitia consistit; que ut fidem inquirentibus facerem, iam dudum in
 figuras converti²⁴. Septem utique^s tempora^s a Iacob patriarcha usque ad
 Christum distincta novis preliis ostenduntur, in quibus testamenti veteris
 scriptura collecta est, et septem^t pari modo a Christi adventu^u usque ad

x) contraria E. y) E *unleserlich*. z-z) anni in curriculum imminere B; anni venire curriculum E. a) folgt vel (*am Rande*) E. b) voluntatibus AC. c) ut B; folgt vero E. d) idem DE. e) folgt et E, *das folgende Wort in E unleserlich*. f) hoc D. g) probate DE (= *Vulgata*). h) caute iam B. i) et A, *aber von viel späterer Hand hinzugefügt*. k) discretionem A; discretionemque C. l) cohibuit E. m) deo DE. n) considerandum D. *Die Infinitivform ist für Joachims Stil charakteristisch*. o) determinat B. p) oporteret B; oportet ACE. q) involvitur AC. *Deutlicher Beweis für eine eigene Überlieferung, die AC gegenüber BDE zugrundeliegt*. r) si ita E. s) itaque prelia E. t) septima B. u) folgt tempora D.

¹⁸⁾ vgl. *Concordia, praef.* (ed. 1519, f. a 3^{va}/a 4^{ta}; ed. E. R. D a n i e l, *Abbot Joachim of Fiore: Liber de Concordia Novi ac Veteris Testamenti* (Transactions of the American Philosophical Society 73,8, 1983), Z. 73 ff., 115 ff.; *Einleitung*, oben S. 92 f.

¹⁹⁾ vgl. *Apoc.* 3,7; 5,2-5.

²⁰⁾ vgl. *1. Thess.* 5,19-21.

²¹⁾ *Dan.* 12,9.

²²⁾ *Dan.* 12,4.

²³⁾ *1. Ioh.* 4,1.

²⁴⁾ vgl. M. Reeves, B. Hirsch-Reich, *The Figurae of Joachim of Fiore* (1972), S. 75 ff.